

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

carne pater. reginaq; mater erat. atq; epterna fortune corporisq; bona
que illa semper contempfit. vt hoc in loco obmittam transeamq; silen-
cio. hac potissimum ratione q; iuxta gentilis poete sententiam. Non
census nec clarum nomen auorum. sed probitas magnū ingeniumq;
facit. Quis eius eximia vite sanctitatem. quis admirabilem cum xpo
eius a teneris annis desponsationē. Quis inauditam sapientiā ab hoc
femineo genere vt in plurimum alienam sufficienter describere poterit.
Constat equidem neminēq; fugit q; inter cuncta laudabiliaz mulierū
preconia sapientia p̄stat. quia fallax gratia et vana est pulcritudo. sed
mulier timens deū ipa laudabitur. **T**imor autem dñi iniciū sapientie.
Et q; q; hac in re plures in historijs clare reperiantur mulieres. **K**athe-
rina tamen supgreditur vnuerfas. ob id profecto pre cūctis et venerā-
da et amanda. **M**ulte quidem sapientie studijs incubuere. multe cele-
bres fulsere in ea. sed nulla **K**atherine nostre coparatur ne dixerim equi-
paratiū. **N**ec filie cyri et dionisij mater **T**anaquil. **C**alpurnea. **C**ithes-
rea. **T**hubirtina. aut relique sibille quarū est ampla laus in historijs.
nec **l**esbia **s**apho que tempore homeri in poetria claruit. a qua et **s**aphi-
cum carmen nomen accepit. nec **C**entona que ex virgilij maronis ver-
sibus cōtexiuit vitam xpi passionē et resurrectionem. q; luculenter. nec
Auresia que et androgenes dicendi artis peritissima. que se accusatam
egregie defendit. **N**ec **G**aya fromea lucij vxor oratorie artis erudita. q;
multis patrociniis fuit in periculis. **N**ec **A**ugeriona medicine doctissi-
ma quā romani plurimū venerātur. **T**aceo de reliquis videlicet **I**side
que colere agros prima edocuit. et lini filaturam texturamq; inuenit.
litterasq; in egipto prima ipa excogitauit. quoniā nymp̄ha carmētis
nicostrata nuncupata **J**onij regis archadie filia secuta litteras ipas la-
tine tradidit. et copulam earū ad inuicem adinuenit. **M**inerva lanifi-
cium et texturā eius excogitauit. **I**tem numeros cyfras et figuras al-
garisimī eadem ipa adinuenit. que et olei vsum reperit. curruq; et rerū
militariū doctrix fuit. **N**oema soror **T**hubal artificia reliqua dedit.
Ceres dea terre terram colere seminare et metere docuit. **G**renes cratini
pictoris filia ipm in illa arte exsuperauit. **M**arcia pharronis lapici-
das et pictores omnes excessit. et so polim et dionisiū qui in ea arte p̄sta-
bant. cuius quidem marcie adhuc scūlpte et picte imagines miro inge-
nio inueniuntur. **K**atherine omnibus peminet. omnes sapientia antea-
cellit. omnes scientia vincit et exsuperat. quā ipsa non tam litterarum
acquiuit studio et ingenio. quā desup infusam accepit. habuitq; (q;
prarū est) gratissima eloquentia exornatam. qua etiā tales tantosq;
mundi huius eruditissimos viros. disputando conferendoq; nō modo
denicit et cōfutauit. sed et in stuporem adduxit et extasim. atq; in fidem
viamq; veram redūxit. **Q**uos etiam vbi igni quidem adiudicatos in-
iectosq; sed nec pilis aut vestibus lesos. iniustus vero corporibus. ad su-
pera transmisit. ipsa post plurima supplicia gaudenter tollerata.